



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 93. Cosmæ Florentiæ Ducis rationes contra Cæsarem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

„tus, ac dissidia augere, atque inter Sæcul. XVI.  
 „Majestatem vestram, & sacram Sedem A.C. 1569.  
 „contentiones fuscitare moliuntur.,,

§. XCIII.

*Cosmæ Florentiæ Dncis rationes con-  
 tra Cæfarem.*

Cum Cæsar ad harum rationum mo- *Thuan. l. 46.*  
 menta nil, quod responderet, in prom-  
 ptu haberet, duntaxat ad hanc orationem  
 addebat, se ex datæ fidei præcepto ad  
 tuenda Imperii jura obstrictum esse. Ad  
 „hæc reposuit Cardinalis. „Si Vesta  
 „Majestas se ad propugnanda Imperii  
 „jura tam arcte obstrictam existimat,  
 „haud ægre ferre poterit, si & vicissim  
 „Pontifex Sedis Apostolicæ jura solli-  
 „cite defendat: quænam autem illa  
 „sint, satis, superque ostensum est.

Postea Cosmas suas quoque ratio-  
 nes protulit, quæ tamen in idem fer-  
 me reincidebant, nam præter alia expo-  
 suit, quod Pipinus, cum Childericus  
 Francorum Rex deponeretur, a Zacha-  
 ria Papa in Galliarum Regem assumptus  
 sit, ac Demetrius in Regem Croatæ,  
 & Dalmatiæ, quæ Provinciæ sunt Re-  
 gno Hungarico subditæ, a Gregorio VII.  
 proclamatus fuerit, necnon Innocentius  
 hujus nominis tertius Colam-Joannam  
 crearat Reginam Bulgariæ, & Walachiæ,  
 quæ itidem erant Provinciæ Hungari-

co

Sæcul. XVI. co imperio obnoxiae. His alias etiam  
 A.C. 1569. minoris tamen momenti rationes ad-  
 jecit Cosmas, ex quibus tamen ceteris  
 potissimum validior eruebatur ex æqu  
 voluntate Pontificis, qui etiam Michael  
 Bonello Cardinali Alexandrino nego-  
 tium dabat, ut pariter cum Philippo  
 Rege hac de re ageret, remque eo de-  
 duceret, quatenus hæc controver-  
 sia amice componeretur. Referunt Hil-  
 ricorum nonnulli, quod Pontifex Sitio  
 Althempio Cardinali injunxerit, ut  
 tunc, nisi Cæsar æquis rationibus ren-  
 confici pateretur, duo armatorum mil-  
 lia in Germania conscriberet: verum  
 re ad hanc necessitatem minime de-  
 ducta Cosmas Magni Ducis titulum que-  
 te possidebat, postquam ingentem pe-  
 cuniæ summam Maximiliano dono de-  
 derat.

### §. XCIV.

#### *Capisucci Cardinalis obitus.*

Ciacon. t. 3.  
 pag. 853.  
 Andr. Vi-  
 storel. in  
 addit. ad  
 Ciat. Ughel  
 Italia Sacra.

Hoc anno Christi millesimo quinque-  
 tesimo sexagesimo nono summae  
 Pontifex nullum sacro Purpuratorum  
 Collegio adscripsisse, ex Cardinalibus  
 autem nonnisi unicus fatis cessisse legi-  
 tur. Is erat Joannes Antonius Cap-  
 isucci patria Romanus, Nepos Pauli  
 Capisucci anno Salutis nostræ millesi-  
 mo quingentesimo trigesimo nono de-  
 functus.